



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

leium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Zor. l. 10. c. 28. q. 18. Sot. l. 10. q. 5. art. 4. de inst. Gab. in can. putant, vagantem, dedita opera, teneri ad repetendas horas: Gerson vel peccare, vel teneri repetere. Caiet. peccare, sed non teneri repetere. Dur. 4. satisfacere præcepto Ecclesie, dum opus, quod distrahat, non exerceat. D. Ant. 3. p.

**Vide Azo. l. c. c. 12. q. 6. duas sententias referentem peccare ex contemptu, satisfacere tamen Ecclesie præcipienti, & non teneri iterum dicere. Hec Io. Med. q. 16. de orat. in fin.*

An repetendæ horæ, ob id, quod interruptæ fuere per aliquod temporis spatium, defini nequit: si causa necessaria, & vrgenti id fiat, non repetendæ: secus alias. *Id. ibid. De hac re vide Azo. lib. 10. c. 8.*

Hospitale, vide xenodochium.

Hypotheca, vide Pignus.

Ieiunium, vide Satisfactio.

1. **A**D Ieiunia loci, & Festa tenetur qui illic eo die manet, qui non transit.

**Tol. l. 6. c. 5. n. 7. Azo. l. 7. c. 30. q. 4. & 5.*

2. Ieiunandum in vigilia Pentecostes.

**Tol. l. c. c. 3. n. 1. Caiet. Ieiunij dies, & alij Bellar. l. 2. c. 23. de bo. oper. t. 4. ex ord. Ro. & cõsuet. eccl.*

3. Ad Ieiunia Religionis tenentur professi etiam ante annum vigesimum primum, nisi id quidam negant.

**Syl. Ieiunium numer. 6. Azo. l. c. c. 28. q. 4. consue.*

confutans Medinam negantem *l. i. c. 14. §. 10.*
 4 Ieiunandum à media nocte in mediani
 usque noctem.

* *Nau. c. 21. num. 11. 12. Tol. l. 6. c. 1. nu. 6.*

5 Cum vigilia incidit in diem Dominicum,
 pridie eius diei ieiunandū *Vide de obseru. ieiun.*
6. 1. & 2.

* *C. in parte c. consilium citati loquuntur de*
 ieiunio die Sabbathi celebrādo, quando dies
 festus secunda feria occurrit, *Vide Azorium l.*
7. c. 31. q. 5. t. 1. & l. 11. c. 20. q. 4. vide Coro. de voto
c. 9. pag. 9. Syl. votum. 2. 16.

6 Natali Christi incidente in feriam sextam
 nō potest in eo vesci carnibus voto, aut pro-
 fessione impeditur, nisi dispensetur. *Vide de*
obseruat. ieiun. c. 1. Potest autem dispensare, qui
 potest in voto, aut Regula, etsi quidam id ne-
 gant.

* *C. explicari de obseru. Ieiun. Vide Med. l. 1. c.*
14. §. 10. Nau. c. 21. nu. 11. Azor. l. c. c. 2. q. 13. Cord.
q. 69. Syl. Ieiunium q. 10.

7 Etiam die Dominico ob deuotionem ieiun-
 nare licet: cauendum tamen scandalum.

* *Nau. l. c. nu. 17. in fine. Bellar. l. c. Azor. l. c. e.*
26. in fine. Med. q. 10. de Ieiun.

8 Ieiunium non violat potus aquæ, aut vi-
 ni, etiam si quid edatur ne potus noceat: nec
 quæ sumuntur per modum medicinæ, vulgò
 electuaria: nec cibi prægustatio, vt fit à co-
 quo, aut pincerna; nec ientaculum vesperti-

num pro more sumptum, vel ex causa sumptum manè, dilato in vesperum prandio: nec oua aut lactinia extra Quadragesimam, vbi est consuetudo: nec si quid statim finito prandio parum edas rogatus, vt fit ab amico comedente; illud enim pars prandij censetur: nec si horam prandij ex causa præuenias, vt iter facturum, aut propter hospitem.

* Vide l. c. nu. 13. {Nec ientaculum} *Nau. l. c. Vide Carbonem de præceptis Ecclesiæ: Beia casu. 3. Azorium l. 7. c. 8.*

Dilato {Azor. l. c. sumenda tamen circa meridiem. *Nau. tamen l. c. & alij negant. vid. Azor.*

Dilato {vide Azor. l. c. c. 8. quem non sequitur: *Nau. l. c. & Nec oua} vide *Nau. l. c. nu. 15.**

Tres, aut quatuor panis vnciæ conceduntur pro ientaculo *Azor. l. c.*

9 Excusatur à Ieiunio ætas minor anno vigesimo primo, vel maior sexagesimo, vt plurimum debilitas magna, grauidam esse, vel lactare: non habere sufficientem cibum ad prandium: damnum alioqui notabile: occupatio melior, vt concionando, docendo, confessiones audiendo; vel alioqui labor non ferens ieiunium, vt artificum, aut iter pedibus agentium, causa reddendi coniugi debitam, vel non ei displicendi cum hæc ieiunio impediuntur; denique dispensatio Episcopi, vel Parochi illo absente, vel Prælati.

* *Nau. l. c. num. 16.*

Deat.

Denique *Nau. num. 21. Vide Tol. l. 6. c. 4. & Azor. l. c. cap. 28. Vbi fuse de hac re. Val. t. 3. d. 9. p. 5. q. 2. & Occupatio *Nau. num. 17.**

10 Dispensandi causa iusta est, magna in ieiunando difficultas.

11 Cum quo dispensatur vt carnes edat, debere si potest, cum carnibus ieiunare: alij aiunt, alij negant: vtrumque probabile.

* *Vide Caiet. in summa, Nau. l. c. nu. 22. Tol. l. c. nu. 2. & c. 3. Azor. l. c. c. 10. q. 3.*

12 Soluitur omnino ieiunio, cum quo dispensatur vt bis possit comedere.

* *Caiet. 2. 2. q. 146. art. 7. Nau. c. 21. nu. 22. Azor. l. c. c. 9. q. 3. contra Med. q. 5. de Ieiun.*

13 Qui semel ieiunium violat: non peccat postea saepe comedendo: etsi id quidam affirmant. Quod si per inaduertentiam excusante comedit, tenetur abstinere ac si nihil comidisset, non enim ieiunium violauit.

* *Nau. c. 21. num. 14. Azor. l. c. cap. 9. q. 2. contra Med. q. 5. de Ieiun. Vide Val. t. 3. d. 9. q. 11. p. 3. Coua. l. 4. var. resol. c. 20. num. 13. Vescens cibus vetitis toties peccat, quoties vescitur. Tol. l. c. num. 5. Azor. l. 11. c. 20. q. 6.*

14 Qui se putat iustam causam habere non ieiunandi, non pecc. mort. non ieiunando.

15 Dare cibum ei, quem scis debere ieiunare, illicitum quida dicunt, si aduertas illo cibo ieiunium violari. Alij addunt si sis eius Superior, vt dominus, aut paterfamilias, alioqui parato

non ieiunare, & alibi repeturo, licere cœnam dare vrbauitatis causa, vel hospitalitatis.

* *Nau. l. c. num. 24. vide Azor. l. 7. c. 31. q. 12.*

16 Cogere sine causa famulos ad opera non ferentia ieiunium, mortale esse, quidam non improbabiler aiunt: *Nau. l. c. nu. 17. Azor. l. c.*

17 Puer ante vsum rationis potest vesci carnibus die ieiunij; quia non est legi subiectus.

* *Coadu. casu. 60. Azor. l. c. c. 28. q. 3.*

Ignorantia, vide Lex, Pœna.

1 **I**gnorantia probabilis iuris, vel facti excusat à pœna legis humane interdum etiam cum non excusat a peccato: vt cum quis peccat, sed ignorat ob id positam à lege pœnam exigentem scientiam; tunc enim abest contemptus legis.

* *De ignorantia multa. Azor. l. 1. c. 12. 13. 14. & 15.*

* *Vide Tol. l. 1. c. 7. num. 6. Nau. c. 23. nu. 44. si sit iusta, non affectata, non crassa.*

A peccato 3 *Nau. l. c. nu. 46.*

Addit. 3 Ignorantia inuincibilis excusans à peccato excusat etiam ab excomm. *Sot. d. 22. par. 2. t. 3. c. 9.*

I M A G O.

1 **I**maginem Crucis sculperè humi in lapide sub grauissima pœna prohibetur *l. v. nica. c. Nemini liceat.* Itaque quibusdam mortale